

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Westphalii ... Commentatio de ducum Pomeraniae**

**Westphal, Andreas**

**Gryphiswaldiae, 1730**

[urn:nbn:de:bsz:31-67527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67527)





80A 8946 2

*Handwritten scribble*

\*KSIFCARNI\*  
K. S. I. F. C. A. R. N. I.

11.

Rf  
ST

af. 39

7/134

Theol. 535


Histor.

3. 10.  
2. 10.

6.

Histor.







Conspectus  
Dissertationum ad histo-  
riam Lutheri, refor-  
mationis, A. S. C. et  
Ecclesiae Luther.  
spectantium.

1. M. I. A. W. de Lutheri o-  
mnia in omnibus
2. Dauhawen Memoria Thau-  
massandi Lutheri.
3. Valentini Alberti, de virtute  
heretica, Lutheri, Matthiae Fla-  
cii et Jacobi Andreae.
4. Scharfii, Joh. Lutherus re-  
formator.
5. C. T. Kangovis editio Pontifi-  
cis Rom. Leonis X. litterae in-  
dulgentiarum.
6. Danielis Graeneri in natalibus  
memoriam Lutheri oratio, qua-



lexam annuali sit papa romanus.  
7. loh. Wencesl. deus Lutherus  
cum sole comparatur.

8. Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus  
Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus  
Ursus Ursus Ursus Ursus Ursus

Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus  
Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus  
Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus Lutherus

9. loh. Baldhaf Bernhold de cha.  
factenbar pseudopropheta nuy  
in d. Martino Lutheri miratue  
omutau obauit.

10. Laurenti Rhodmanni oratio  
de praecipuis dei beneficiis a  
deo per VII. Saxonie electores  
et d. Martin. Lutherum et d.  
Philipp. Melancthonem in aca-  
demiam Witeberg. collatis.

11. loh. Fr. Mayer, utrum B. Lu-  
therus philippo Landgrauio  
bigariam concesserit.



12. Joh. Andr. Jarzii, pro lu-  
thero ex accinatione styli re-  
prehensio.
13. Pauli Jacobi Eckhardi Vindi-  
ciae J. Lutheri et J. Melanch-  
thonis ab infami peritura.
14. Martin. Lutheri aliquot nomi-  
na propria germanorum.
15. Nicol. Leptevici oratio histo-  
rica de initio, causis et pro-  
gressu C. A. et de vita ac  
laboribus, J. Mart. Lutheri, po-  
stremae aetatis Eliae.
16. Gottlieb Wernsdorffii, Augusta-  
nae confessionis historia.
17. Joh. Balthaf. Bernhold de fi-  
dei formulae praecipue A.  
C. iustitia et usu.
18. Alb. Georg. Schwartzii de styli  
A. Conf.




19. Io. Christ. Guesz filii de Au-  
gustana confessione Pabli dot-  
Sicii, medici Halensis cura grae-  
ce reddita.
20. Io. Wilhelm. Loeperi, de aucto-  
ritate A. C.
21. M. Henr. Christ. Crellii de di-  
vinae providentiae vestigiis  
in scripturae A. Conf. negotio.
22. Erasm. Parthol. Egerland  
de Regulari summi numeris  
circa A. C. providentia.
23. Andr. Westphalii de duabus  
Ponderatione pro studio servatae  
A. C. etc.
24. Acad. Francos. Latina se-  
culana in A. C.
25. Geshardi Fitzii, vindictae A. C.
26. etud. Vindictae Lutheranae.
27. M. Andr. Oru. Caroli de Religio-  
ne Lutherana.



28. C. Trib. Kangis, ecclesiam  
lutheranam non schismaticam  
esse.
29. Leveni Lintrupii Anglia  
plantavit modis lutheranizans.
30. eiusd. sub Heib. Gottfr. Nassio  
Gallia multis modis luthera-  
nizans.
31. Joh. Kalckmanni proreca refor-  
mationis lutheranae tuba de  
perpetuo christianorum iubi-  
lata. Additus est catalogus  
doctorum et professorum theo-  
logiae in academia Witteber-  
gensi.

F r a n c.







*xxiii.*  
ANDREÆ WESTPHALII,  
MORAL. ET HISTOR. PROF. ORDIN.,  
NEC NON  
REGIÆ BEROL. SOCIET. SCIENT. SODAL.,  
COMMENTATIO  
DE  
DUCUM POMERANIÆ  
PIO STUDIO  
SERVATÆ AUGUSTANÆ CONFESSIONIS,  
AC  
PROMOTÆ RELIGIONIS EVANGELICÆ.

---

GYPHISWALDIÆ,  
ANNO MDCCXXX.

---

TYPIS CAROLI HOEFFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.



all

1774

ANDREAS WESTPHALII  
MORAL ET HISTOR. REG. ORDIN.  
MORUM  
REGIS BEROL. SOCIET. SCIENT. SODAL.  
COMMENTATIO

24 Jan 1894 A 8946 R

DUCUM POMERANIE

IN STUDIO  
SERVATIE AUGUSTINE CONFESSIONIS

PROMOTE RELIGIONIS EVANGELICAE

GRITHWALDIA  
A NO. MDCCLXX

THE CAROL. HOFFMANN, REG. ACAD. TYPOG.

✓





I<sup>n</sup>ter varia illa & pæne innumera beneficia, quæ supremi Numinis favor ac gratia in Pomeraniam effudit largissime, primum suo jure ac merito tribuimus locum, quod rebus hujus provinciæ dispen-

sandis nunquam non præsidere jussit assertores ac vindices doctrinæ cælestis acerrimos, constantissimos. Certe si ulla Gens serenissima harum virtutum, quibus fulsit, gloria sese efferre potest, Pomeranica ita hoc potest, ut pluribus sit præferenda, postponenda nulli. Hi enim Principes memoriæ gloriosissimæ, inque tantum laudandi, in quantum intelligi virtus potest, per paterna, avitaque exempla illustrissima ad excelsum pietatis fastigium, decusque æternum strenue contendebant, omni animorum dimicatione annisi, ut cultum Dei illibatam servarent, servatumque ad posteros transmitterent. Postquam sæculo scilicet XII. religio Christiana suo lumine tenebras e Pomerania propulsa-  
verat, Duces quidem pio fervore ac studio accensi, plurima per universam regionem condebant Monasteria,



conditaque bonis ornabant amplissimis, ut juventuti optimis literarum studiis enutriendæ, cœtuique sacro contra infernalis istius genii pravos insultus, quibus Pomeraniam per tot sæculorum decursum laceraverat, misereque exercuerat, muniendo essent dicata pariter ac consecrata. Cujus quidem pietatis, e temporum illorum indole commendatissimæ, monumenta manu erexerunt devota RATIBORUS, BOGISLAUS I. & II., CASIMIRUS I. & II., WARTISLAUS II. & IV., SUBISLAUS, SAMBORUS, SVANTIPOLCUS III., MESTOVINUS, BARNIMUS I., II. & III., OTTO I. Est etiam in hocce laudis theatrum producendus Princeps ille sine exemplo magnus WARTISLAUS IX., qui ea mente, consilioque illo, hoc sapientiæ, quod colimus, templum anno LVI. sæculi XV. excitavit, ut religio ac Musæ sedem stabilem, certumque domicilium in eodem haberent. Quodsi vero mirandam illam Ducum Pomeraniæ benignitatem confidero, quasque principalis gratiæ erga hanc Academiam suam, tanquam publicum provinciæ hujus thesaurum, luculentissimas toties ediderunt significationes, ea, qua fas est, animi observantia cogor fateri, hereditaria veluti propagatione hunc WARTISLAUS IX. animum in successores derivatum esse celsissimos. Est igitur huic doctrinarum sedi publico gratulandum nomine, quod venerata fuerit gloriosum tantorum Heroum & Principum indulgentissimorum imperium, qui non regia solum munificentia illam sustentarunt, sed in eadem quoque augenda, exornanda, inque majus evehenda, inter sese quasi contenderunt.



derunt. Licet igitur optimi illi Duces, qui ad sæculum  
usque XVI. sua Pomeraniam regebant auctoritate,  
causam DEI, quantum quidem ex illorum temporum  
rationibus ipsis licuerat, strenue fatis urgerent; pia  
tamen eorum evertabantur consilia a Papatu, cu-  
jus quippe virus pestilentissimum per omnes chri-  
stiani nominis provincias sæviens, veritatem disjicie-  
bat, dissipabat lucem, religionem sinceriolem extin-  
guebat. At enim vero mitiora fata Pomeraniæ ex eo  
fluere cœperunt, quo MARTINUS LUTHE-  
RUS; DEI benignissimi consilio & destinatione exci-  
tatus, religionis emendandæ, atque a corruptelis &  
erroribus, qui post tot sæculorum depravationes in-  
vecti erant, repurgandæ negotium feliciter erat exor-  
sus. Quæ itaque lux doctrinæ cælestis clarior Saxo-  
niæ affulserat, ea quoque statim in Pomeraniam infe-  
rebatur, sua dulcedine defessa Pomeranorum pectora  
recreans adeo, ut jugum illud Pontificium, sub quo  
anxie gemuerant, lætissimi adspirarent excutere, viam  
monstrantibus quam maxime J. BUGENHAGIO, J.  
KNIPSTROVIO, PAULO A RHODA, PETRO SVA-  
VENIO, H. BONNO, & reliquis. Unde plures Pomer-  
aniæ civitates e tenebris in lucem, in veritatem e men-  
daciis vindicabantur. Ceterum splendor hicce caligini  
vanæ illius atque inanis religionis Pontificiæ omnino  
dispellendæ nondum sufficiebat, Ducibus BOGIS-  
LAO X., ac GEORGIO filio, opem atque consilia,  
unde quidem vis ponderosissima ad negotium hoc con-  
ficiendum accedere potuisset, penitus denegantibus.  
Tandem vero tempus illud illuxit auspiciatissimum,



quo explosis, eliminatisque residuis Pontificiorum erroribus, lux doctrinae evangelicae tota in Pomerania est accensa. Postquam enim GEORGII, fati suis anno MDXXXI. defuncti, filius PHILIPPUS I., Dux Wolgastensis, indulgentior quidem Lutheranis, ad imperium accesserat, una cum patre BARNIMO X., Duce Stetinenfi, qui Wittebergæ ad capeffendum majorem ingenii cultum commoratus, sincerioris doctrinae semina acceperat, nihil inexpertum atque intentatum relinquebat, ut cuncta, quæ renati evangelii cursum retardaverant passim, omnino tollerentur, ac, superstitione Pontificia penitus profligata, status ecclesiae Pomeranicae saluberrimis legibus, ritibus ac caerimoniis firmaretur. Recepta igitur Augustana Confessione, tanquam incorruptæ fidei symbolo, sacrorum emendatio in comitiis, Treptoviae ad Regam anno MDXXXIV. celebratis, tandem sancita, effectui est mandata, postquam JOH. BUGENHAGIUS, Vir eruditione, constantia & pietate insignis, (qui LUTHERI de *Captivitate Babylonica* scripto collustratus, signum ad præclara quævis speranda sub initiis exortæ in Pomerania lucis evangelicae primus Treptoviae sustulerat,) Witteberga accersitus in Pomeraniam, negotio huic saluberrimo consiliorum suorum medicinam attulit, formamque, ordinatione ecclesiastica sapienter concinnata, induxit. Integritas ista divini cultus hoc modo restituta ut servaretur, ac contra insultus quoscunque staret immota, plurimum operæ, plurimumque laboris ac studii Duces impenderunt sapientissimi, PHILIPPUS namque I., quem modo diximus, habens



habens sibi perſuaſiſſimum, doctrinam religionis jam-  
jam inſtauratam in tuto vix poſſe collocari, niſi lite-  
rarum ſtudiis fulciretur, non ſolum Academiam Gry-  
phiswaldenſem ſuis e cineribus collectam, ab interitu  
anno MDXXXIX. aſſeruit, novus inde conditor e-  
juſdem merito appellandus; ſed pro religione etiam  
ſinceriori in Germania firmanda varias ſuſcepit mole-  
ſtias, plurima adiit discrimina. Scilicet cum circa  
hanc ætatem Ordines, qui ſacra profitebantur Luthe-  
rana, libertatem conſcientiæ deſenſuri, ſalutemque ab  
injuriis, quas Imperator CAROLUS V. (quippe  
qui exhibita Confeſſione Auguſtana, edictum Wor-  
matienſe, in Lutherum olim latum confirmaverat,)  
in pectore coquebat, vindicaturi, vires ſuas Smalcal-  
diæ junxiſſent; in rebus hiſce dubiis opem pariter  
BARNIMI X., teſte P. CHELOPOEO, petebant:  
Quam tamen quominus ferret, quæ tunc Pomeraniæ  
inducta erat facies, prohibebat. Ad preces itaque Pro-  
teſtantium reponebat, amare ſe doctrinam evangeli-  
i, nec abhorrere ſeſe a fœdere ineundo, ſed penes GE-  
ORGIUM fratrem natu majorem (qui a religione  
evangelica animum oſtendebat alienum) ſummam re-  
rum adhuc eſſe totam. Mutato autem Pomeraniæ  
imperio, PHILIPPUS I. anno MDXXXVII. Smal-  
caldicum adiit conventum, non alia de cauſa, pro-  
ut VALENT. ab EICKSTET in Vita ipſius tradit,  
quam ut teſtaretur, ſe eſſe civem veræ eccleſiæ, ſe-  
que cum ſuis doctrinam Auguſtanae Confeſſionis pro-  
fiteri. Unde & Articulos Smalcaldicos, tunc quidem  
compoſitos, firmos ac ratos habebat. Quid? quod  
PHI-



PHILIPPUS inter auctores & svasores horum articulo-  
rum conscribendorum præcipuos eminent, nomen  
*PHI* apud posteròs inde promeritus. *Q*uamvis vero  
Duces Pomeraniæ, gravissimis adducti causis, quas  
*EICKSTET* enarravit, e fœdere Smalcaldico, cui de-  
derant nomen, postmodum recederent, nullamque  
in partem sese moverent, cum res in nervos erumpe-  
ret: Nihilo tamen minus *CAROLUS V.* odio in  
*PHILIPPUM I.* asperrimo, ægreque tandem mi-  
tigando, exarferat. Sed hujus quidem virtus adver-  
sus Cæsaris minas stabat infracta & inconcussa: Id  
quod invictum animi robur vel inde apparuit, quod  
non raro apud suos intrepide fuerit professus, libenti-  
us a principatu in exilium se migraturum, quam  
ab agnita semel & in animo confirmata veritate evan-  
gelica, contra conscientiæ dictamen, jacturæ corpora-  
lium metu, vel latum ungvem discessurum. Cum au-  
tem, confecto bello Smalcaldico, Passavii anno *MDLII.*,  
& anno *MDLV.* Augustæ Vindelicorum, eo quidem  
in loco, ubi Ordines Evangelici suam exhibuerant  
ante *XXV.* annos Confessionem, de pace religionis er-  
go concilianda ac firmanda ageretur, Duces etiam  
Pomeraniæ, negotium hocce saluberrimum promo-  
turi, eodem ablegarunt *JAC. ZITZEVITZIUM*, *H. NOR-*  
*MANNUM*, *C. KUSSOVIVM*, *VAL. EICKSTETIVM*, nec  
non *SCHWALENBERGIUM*, Viros, quorum merita in rem  
sacram ac civilem extant præclarissima. Filii *PHI-*  
*LIPPI I.*, utpote *JOHANNES FRIDERICUS*,  
*BOGISLAUS XIII.*, *ERNESTUS LUDOVICUS*,  
*BARNIMUS* & *CASIMIRUS*, paternæ  
pieta-



pietatis gloriam plurimis auxerunt virtutibus. BAR-  
NIMUS enim X., filiique Principes, quos modo com-  
mendavimus, quique ad annum usque MDLXIX.  
commune gesserunt imperium, laborabant in eo ve-  
hementissime, ut cœtum Pomeraniæ sacrum in do-  
ctrina Evangelica immotum atque incorruptum re-  
tinerent. Instituta igitur deliberatione, tandem fuit  
decretum, ut notissimum illud *Corpus doctrinæ Pome-  
ranicum* ad refellendos cum Pontificiorum, tum aliorum  
errores adornaretur. Dehinc ERNESTUS LU-  
DOVICUS, Ducatum fortitus Wolgastanum, & JO-  
HANNES FRIDERICUS, Dux Stetinensis, (BAR-  
NIMUS enim X. filiis destitutus obierat) id in præ-  
cipuo habebant negotio, ut religio absque omni erro-  
rum, præsertim Calvinianorum, labe servaretur inte-  
gra. Hocce enim malum obscure tunc temporis per  
Pomeraniam serpens, multorum animos jamjam oc-  
cupaverat. Illud igitur repressum ut omnino extir-  
paretur, ac Pomerania ad doctrinæ sanitatem reduce-  
retur, Duces sedulo cavebant: Hinc in eandem de  
religione sententiam Principes, eorumque Consilia-  
rii, nobiles, verbi divini ministri ac cives, svavi atque  
amica consensione rursus coibant, prout annalium  
Pomeraniæ ecclesiasticorum conditores hæc omnia  
prolixius dederunt exposita. Reliqui etiam Pome-  
raniæ Duces, quantum cura, labore, vigiliis atque  
consilio efficere poterant, nihil prætermittebant, quod  
ad pacem illam alendam, rem christianam juvandam,  
ac doctrinam asserendam cælestem, in sacris literis pa-  
tēfactam; & Augustanæ Confessionis formula summa-  
tim

))


tim



tim comprehensam, pertinere arbitrabantur. BOGISLAI quidem XIII. (quippe qui religionis & literarum cultum in Pomerania validius promoturus, Typographicam officinam, nitide instructam Bardi, adornaverat) auspiciis, curis ac sumtibus sacrae Pandectae, in Saxoniae inferioris lingvam translatae, ac nitidissimo caractere expressae, in lucem publicam emittebantur. PHILIPPUS II., doctrina & sapientia summus, ac strenuus religionis defensor, observationem diei illius, quo ante saeculum a MART. LUTHERO primordia sacrorum emendandorum fuerant tentata, festa celebritate, per triduum continuanda, peragi jubebat, ut & hac ratione animum Deo declararet venerabundum, studiumque religionis evangelicae constantissimum ac flagrantissimum ostenderet. Neque hoc devotae mentis impetu PHILIPPO II. fratres FRANCISCUS & BOGISLAUS XIV. erant secundi. Hic quidem servatus erat funestis illis Germaniae temporibus, quibus Imperator FERDINANDUS II., prospero rerum successu elatus, ac voti, quod pro exstingvenda, exterminandaque religione evangelica conceperat, perversa religione ductus, libertati Germanicae ac Protestantium sacris interitum moliebatur. Certe Protestantes tot merfi ac fessi malis spiritum ducebant aegerrime, adeo, ut salus eorum fere conclamata esse videretur. Verum enim vero hisce religionis evangelicae rebus, in extremum discrimen adductis, anno tandem MDCXXX. subveniebat Rex Sveciae GUSTAVUS ADOLPHUS, Heros ille augustissimus, invictissimus, quem DEUS & reli-



religionis evangelicæ, & libertatis Germanicæ vindicem excitaverat. Venit suo jure in hujus gloriæ, qua jugum servitutis a Germanorum cervicibus rejectum, ac religio evangelica denuo est stabilita, consortium. BOGISLAUS XIV. Armatum namque videns Regem GUSTAVUM ADOLPHUM, graviterque admonitus, utne vindicandæ in libertatem patriæ deesset, societatem tandem cum Eodem iniit, quam salus religionis, Germaniæ libertas, ac Pomeraniæ incolumitas, efflagitabant, exigebant, imperabant. Et sic Pomerania, e qua Svecorum virtute Cæsaris consilia turbanda erant ac disjicienda, lætum belli istius sacri faciebat auspiciū. Hocce igitur BOGISLAI XIV., nec non Antecessorum ipsius Serenissimorum, PIUM STUDIUM SERVATÆ AUGUSTANÆ CONFESSIONIS, ATQUE EVANGELICÆ RELIGIONIS PROMOTÆ AC VINDICATÆ, posteritati enarrent templa; laudent Scholæ; deprædicent evangelicæ doctrinæ sinceri confessores, hoc præsertim tempore, quo memoria Augustanæ Confessionis sæcularis recolitur.





religionis evangelicæ, de libertate Germanicæ vindicari  
aut exortari. Ventiſimo juſte in hiſce libris, quæ  
ſuper libertate Germanicâ conſcribitur inſeruntur.  
ſeruiſis evangelicis denique eſt. ſtabilitas, conſtantia.  
BOGISTAVUS XIV. Armenum namque videtur Re-  
ge GUSTAVUM ADOLPHUM, ſuæ ſcientiæ  
ſermonibus, tunc viſitandis in libertate partibus de-  
eſſe, locustatem tandem cum Bodenâ aut, quam  
ſuos religionis, Germanicæ libertas ac Potentia in-  
cipiant, eſſe agerent, eſſe agerent, impeditur. Et  
ſe honoratus, eſt cum ſuorum virtute Caris con-  
ſeſtanda erat ac eſſe agerent, tunc belli ſuis  
ſeſt in ſeſt agerent. Hæc ſunt BOGISTAVI  
XIV, nec non Anteaſtorem ſuis ſeruiſtorem,  
ſeſt agerent ſeruiſtorem GUSTAVI CON-  
ſeruiſtorem, atque EVANGELICÆ RELIGIONIS  
ſeruiſtorem ac vindicata, libertate eſſe agerent  
ſeruiſtorem; tandem ſeruiſtorem; deſeruiſtorem evangelicæ de-  
ſeruiſtorem. Hæc ſeruiſtorem, hoc ſeruiſtorem tempo-  
ſeruiſtorem, quo membris Auguſtæ Conſeruiſtorem  
ſeruiſtorem ſeruiſtorem.





Gilb

33833

1280-

**Sammelband.** 33 Schriften zur Reformationgeschichte, darunter 10 die „Confessio Augustana“ betreffend. Altdorf, Frankfurt/O., Greifswald, Halle, Helmstedt, Jena, Jüterbog, Kopenhagen, Leipzig, Stargardt, Stettin, Wittenberg, zwischen 1592 u. 1731, 4to. Zus. ca. 1450 Ss. Mit einigen Holzschn. u. Druckermarken. HLdr. d. 18. Jh. (bestoß., Rück. läd.). 1280,—

Sehr interessanter Sammelband, meist Akademieschriften, zur Geschichte der Reformation, besonders zum „Augsburger Bekenntnis“, dessen 200jähriges Jubiläum eine große Anzahl von Würdigungen und Untersuchungen hervorgerufen hat. Zu den Autoren zählen A. C. Bauer, St. Besecenius, C. A. Bürger, Dan. Cramer, H. Ch. Crellius, P. Dolscius, G. Dünnebier, P. J. Eckhard, C. T. Rango, L. Rhodomanus, Nic. Selnecker u. v. a. Eine größere Zahl der Schriften sind sowohl Schottenloher als auch sogar Hammer (Melanchthonforschung) entgangen. — Bei 2 Schriften fehlt je 1 Blatt, teils gebräunt, einige alte Eintrag. — Genauere Angaben auf Wunsch möglich.

STMGRI

Lederriemen, Eichen, neu  
Überapparat angebracht

4/187/10



